

tellectus quoddam lumen spirituale infusum ad cognitorem dei in creaturis. Dicitur autem ad dono sapientie. quia sapientia est cognitio per gustum. Est enim quoddam lumen sub quo vel in quo vident et gustant diuina per experimentum. Unde sapientia prout est donum est proprius gustus dei in donis suis. Intellectus autem non est per gustum sed potius est lumen quoddam datum a deo ad cognitorem dei in creaturis illis in quibus resulat deus per gratiam. Vnde in illis in quibus habet resultare per gratiam et gloriam. Unde intellectus est donum quo gratuitate cognoscimus dispositiones celestium per easque tendimus in deum sic disponentem.

De septimo dono

spiritus sancti sapientie. et quid sit.

Denique de dono sapientie dicendum est. Et quoniam ex superiori dictu in parte patet quod sit. et qualiter se habet ad donum scientie ad donum intellectus. id est sufficit hic ponere ei notificatorem. Secundum autem augustinus sic diffinit. Sapientia est cognitio rerum diuinarum. Ita ex littera. in libro sententiarum. Sapientia ad solius eterne veritatis contemplacionem. et delectationem pertinet. ipsaque tantum creator conspicit et quod semper incomunicabiliter manet quod deus est. Gregorius sic difinit. Sapientia est donum spe et certitudine eternorum mentis reficiens. Que diffinitio dicit operationem eius propriam quae est metem per gustum reficere. quod sonat nomine eius. Sapientia enim a sapore dicta est.

Quo per septem

dona spiritus sancti excluduntur septem vicia carnales.

Tertium dicendum est. (piritalia. qualiter per septem dona excluduntur septem peccata capitalia. Et sciendum est quod timor quia per eum quis se deponit ne super alium se extollat. excludit superbiam quam super alios se extollit. Si eras que sibi illatas remittit iniurias. expellit iram que vindicari querit. Scientia que mente illuminat. evanescat inuidia. que mente excecat. Fortitudo que excellit in arduis. pellit acedia. que torper in imis. Consilium quod docet pro transitoribus eterna mercari. remouet auariciam que in terris et pro terrenis tantum querit negotiari. Intellectus quo vere delectamur in bo-

nis spiritibus. excludit gula. quae vane et miserere delectat in carnalibus. Sapientia per quam pure delectamur in deo extirpat luxuriam qua quis impudice in suo misero corpore delectatur.

ExPLICIT tractatus scriptus huius compendij de septem donis spiritus sancti.

Incipit tractatus

septimus de octo beatitudinibus et earum

explanatione.

B

Apter restat aliquid de octo beatitudinibus dicere. Et primo quid dicatur beatitudine. scilicet. an ipsa virtus. an id quod permittitur ut gratia exempli respectu eius quod dicit christus. Beati pauperes spiritu. quoniam ipsorum est regnum celorum. an beatitudo sit ipsa paupertas vel permissione regni. Qualiter se habeat ad dona et ad virtutes. Quare ultime beatitudini idem premissum reddatur sicut prime. Deinde de quibusc beatitudine in se quid est et qualiter et cum quo dono conuenit et cui vicio capitali contrarietur.

Quid dicatur beatitudine

septima. scilicet ipsa virtus vel id quod permittitur.

Sequitur est autem quod beatitudo duplex est scilicet via et patria. Beatitudo autem via consistit in perfecta euacuatione vni miseris. scilicet culpe et quod ad conscientiam. et quod ad occasiones. Vnde quod iste virtutes de quibus infra euacuat culpam et culpe occasiones. disponuntur ad beatitudinem patriae. id est patrum et dicuntur beatitudines. Beatitudo autem patriae consistit in omnimoda euacuatione virtutum miseris. scilicet culpe et penitentia. Et isto modo dicuntur beatitudines prima per dictum virtutibus. Hic est illud. ipsorum est regnum celorum. Vnde illud ipsum saturabitur. Et sic varia rore et consideratione poteris dicere quod virtutes ille sunt beatitudines. Et quod si per primam eis confidetia beatitudines sunt

Qualiter se habeant

beatitudines ad dona et ad virtutes.

Qualiter autem se habeant iste beatitudines ad dona et ad virtutes. hoc scito quod secundum glossam

Compendiū theologie

sup isto passu Matth. v. p virtutes ad dona/ et p dona ad beatitudines pertinetur. Unde virtutes dicuntur in inicio opationis bonae et euacuatio culpe quo ad essentiam Dona autem dicunt bonum et expeditum progressum. quia donum expeditum reddit actu virtutis ut expedite oportet. Beatitudines autem dicunt consummationes sive terminum quatenus in via haberi potest. ita ut omnem culpam euacuet et omnem culpe delectatorem. Et bonum delectabiliter oportet quantum facere possibile est viatori. Et ideo dicuntur iste beatitudines/ virtutes purgati animi. Quia scilicet anima purgant ultima purgatione viatori possibili.

Quare ultime beatitudini id redditur premium sicut prime

DUcem autem beatitudini idem premium reddit quod et prius sed non eadem ratione. Quia regnum celorum duo in se comprehendit. scilicet exaltationem et abundantiam. In beatitudine autem que prima ponitur que est paupertas spiritus est summa regni abdicatio sive abiectio et ideo permittitur ei regnum inquantum dicit abundantiam. In beatitudine vero que ultima ponitur que est persecutorem pati propter iusticiam est summa deiectio et ideo promittitur ei regnum inquantum nominat exaltationem. Unde quis regnum celorum omnibus beatitudinibus debeatur. istis tam solum promittitur. quia per quandam appropriatorem istis magis debetur.

De beatitudinibus in speciali. Et cum quo dono convenienter

Dicitur primo de prima: Unicattendum est ad aliquam singulariter determinationem: Prima igitur virtus seu beatitudo est paupertas spiritus que adaptatur dono timoris. Et expellit superbia cui contraria est paupertas spiritus vera humilitas sit. Huic beatitudini in premio permittitur regnum celorum. Et nota quod paupertas hic dicit abdicatio temporalium rem et rem voluntatem. Quia cum beatitudines perfecte dicant peccati exclusionem. tam quo ad peccati essentiam quam quo ad peccati occasionem. cum abdicatio soli rem voluntatem non sit euacuatio perfecta occasionis peccati. quia est alia utilior que magis occasio-

nem peccati euacuat scilicet illa que est rem et rem voluntatem. patet quod illa prima est proprietas beatitudo.

De secunda

Secunda virtus seu beatitudo est misericordia sive mansuetudo quod congruit dono pietatis et expellit iram. quod misericordia est quemque ira vel rancor non afficit. Lui respondet in premium possessio terre viventium.

De tertia

Tertia virtus seu beatitudo est luctus qui est dolor animi caritatis informatus quod facit cognoscere misericordiam propriam et lacrimabilem patientis vite statum et delectationem future glorie que sufficiens causa luctus sunt. quem dolor inducit scientie donum. Qui enim addit scientiam istam scilicet addit et dolor. Lui pro proprio responderet eterna consolatio in qua abstergere deus omnem lacrimam ab oculis sanctorum. Et iam non erit amplius neque luctus neque clamor tecum. Et hec euacuat inuidiam que dolet de bono alieno et letatur de malo. hec autem beatitudo ecouerso. Et quis luctus ipse miseria quedam videat congreue tamem beatitudo propter sibi annexam dulcedinem dicitur eo ut dicit Gregorius dulciores sunt lacrime penitentium quam delitiae regum. Et Augustinus. li. confessio. Currebat lacrime et bene mihi erat cum illis.

De quarta

Quartavirtus seu beatitudo est esuries et sitiis iusticie que dono fortitudinis adaptatur. quod est in sustinendis piculis per iustitiam et fide. Que expellit tedium boni hoc est acedia. Lui respondet per proprio eterna saturitas

De quinta

Quinta virtus seu beatitudo est misericordia. Que appropria tur dono consilii. quod docet aliis dimittere minora ut nobis dimittantur maiora. vel perferre terrena ut obtineamus celestia. Hec expellit auariciam cuius proprium est congregare et non remittere vel perferre. Premium autem huic beatitudini respondet est consecratio misericordie.

De sexta

Sexta virtus seu beatitudo est misericordia cordis, cui conuenit donum intellectus quod est cogitatio celestium oculorum cordis mundans et illuminans. Hac elimina gula que corruptit et excecat cor. Unde Dicitur quarto Fornicatio et vinum et ebrietas auferat cor. Premium huic beatitudini respondens est visio dei.

De septima.

Septima virtus seu beatitudo est pax seu esse pacificum. Qui respondebat donum sapientie quod est delectari in deo quod est pax nostra. Hec repellit luxuriam que animum non pacificat sed vagum reddit et instabilem. Qui correspondet primi esse filium dei.

De octava.

Octaua virtus seu beatitudo quod est pati persecutonem propter iusticiam clarificat et ostendit quoddam factum habens respectum ad singula procedentia. Et per quod omnes aliae beatitudines ab ultima velocius ad primam pervenunt si vere sunt. Unde Gregorius. Qualis vniquisque apud se lateat illata tumultus probat. Et hinc est quod beatitudo ipsi facto per primio respodens quod idem est cum premio per beatitudini pmissio redire dicitur ad caput tanquam circulus perficies et oes beatitudines ambiens et comprehendens. De virtutibus seu beatitudinibus tanguntur Math. v. Beati pauperes spiritu quam ipsis ed regnum celorum. et ceterum.

Unde accipitur

numerus seu sufficietia beatitudinum.

Rerum vero beatitudinum numerus et sufficietia secundum integratem perfectioem hominis accipitur. Ad perfectioem autem integratem requiriunt tria. scilicet recessus a malo perfectus seu progressus in bono. et perfectus stat in optimo. Sanus respectu primi malum procedit aut ex tumore supbie. aut ex rancore malicie. vel ex languore libidinis seu concupiscentie. Contra que tria sunt seu sumunt tres prime beatitudines scilicet paupertas spiritus contra malum tumoris supbie. Obitus contra malum rancoris malicie. Luctus contra malum languoris libidinis seu copi-

scentie. Respectu vero secundi perfectus seu progressus in bono attendit circa diuinam imitatem quod est duplex secundum duas vias quibus intendi potest scilicet misericordiam et veritatem. De quibus in psalmo. Uniuerse via domini misericordia et veritas. Et secundum has duas vias sumuntur due aliae beatitudines. scilicet respectu veritatis esuries iusticie. et respectu misericordie affectus misericordie. Respectu autem tertij perfectus stat in optimo attendit in duobus scilicet in limpida cognitione et in tranquilla affectione. Et secundum hoc sumuntur due aliae ultime beatitudines. scilicet respectu limpide cognitionis. mundicia cordis ad deum videndum. Et respectu tranquille affectonis. pax mensis ad deo perfecte fruendam. Et adverte quod sicut in enumeratione donorum intra quod supra in tractatu de donis declaratum est. est ordo secundum artificiam quo primo loco ponuntur et enumerantur digniora. ita in enumeratione beatitudinum est ordo secundum naturalis quo digniores ultimo loco ponuntur.

Et supradictis colligitur quod habet virtutum cardinalium principia littera disponunt ad exercitium vite activae. Habitus vero donorum maxime disponunt ad actus vite contemplative. Habitus autem beatitudinum disponunt ad perfectum utrumque.

Finis tractatus precedenter.

Incipit tractatus

viiij. et finalis de viciis naturae et voluntatis

3

In finalibus aliqua de viciis summarum tangere conuenit. Et quia sunt vicia naturae. et vicia voluntatis. tanguntur primo aliquantum de viciis naturae. Et deinde de viciis voluntatis.

De numero et suf-

ficiencia viciorum nature.

Tertia autem nature quantum ad huiusmodi compendium attinet. satis erit enarrare. que sunt respectus. Extollentia seu presumptio. Duricia. Ignorantia. Timiditas. precipitatio. hebetudo. Stultitia. quae nunc siue sufficietia est de-